



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

illius nobis salutem deferat? Pater (inquit presbyter) Leontius tuus cum comproncialibus episcopis salutem tibi mittit, indicans Æmilium (sic enim vocitare consuevit Emerium ab infantia sua) electum ab episcopatu, pro eo quod prætermittitur Canonum sanctione, urbis Santonica episcopatum ambiuit: ideoque consensum ad te direxerunt, ut alius in locum eius substituatur: quo fiat, ut dum transgressores Canonum regulariter arguuntur, regni vestri potentia auis prolixioribus propagetur. Hoc eo dicente, fremens rex eum a suis conspectibus extrahi iussit, & plastro spinis suppleto imponi desuper, & in exilium protrudi præcepit, dicens: Putasne, quod non est super quisquam de filiis Clotharii regis, qui patris facta custodiat, quod hi episcopum, quem voluntas regis elegit, absque nostro iudicio proiecerunt? & statim electis viris religiosis, episcopum loco restituit. Permansisse Emerium deinceps in Santonenſi episcopatu, eundemque reconciliatum fuisse Leontio, ex his quæ scribit Venantius Fortunatus in carmine de basilica sancti Bibiani, intelligi potest.

Emerius
penitentia
egit.

Leontius
Burdigalen-
ſis episco-
pus.

Leontius.] Hic Leontius XIII. numeratur a Fortunato Burdigalensis episcopus; qui nobilissimo genere ortus, diuitisque pollens, & egregius animi virtutibus exornatus, coniugatus licet, inuitus ad eius ecclesiæ episcopatum assumptus fuit. Nomen coniugis fuerat Placidina, ex imperatorio stemmate procreata: quæ optimis composita moribus, etſi a sancto viro suo corpore diuisa foret, bonis tamen operibus ipsi comes indiuidua inhaesit. Archima soror Placidinae, & vxor Apollinaris, etiam indulſit viro suo, ut episcopus crearetur, ipsaque diuinis templis erigendis vacaret. Gregorius Turoſenſis de gloria martyrum cap. 65. Fortunatus lib. 1. carm. in laud. Leontii. Baron. ann. 566. num. 19. & 20.

ANNO
CHRISTI
563.

CONCILIVM^b LVGDVNENSE II.
GVNTRAMNI REGIS IVSSV IN IPSIVS

regno celebratum, * anno Christi DLXVII. indictione xv. Ioannis III. papæ anno VIII. Chariberti, Guntramni, Chilperici & Sigeberti fratrum regum VI.

ANNO
CHRISTI
567.

* ANNO
CHRISTI
DLXX. ET
MCM. LII.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|--|--|
| I. De controuersis episcoporum per metropolitanos componendis. | nicatus, ab omnibus episcopis excommunicatus habeatur. |
| II. Ut rata sint donationes episcoporum & clericorum, ecclesiæ vel aliis factæ. | V. Ut quæ ab episcopo alicui in usum aut proprietatem donata sunt, ab eius successoribus non auferantur. |
| III. De iis qui aliquos per vim & nefas captiuos tenent, excommunicandis, nisi restituant. | VI. De litanis prima Nouembris hebdomada in omni ecclesia celebrandis. |
| IV. Ut ab vno episcopo excommu- | |

PRÆ-